

145  
raeus & gloriadi circum dabitur quasi ueste pulcherrima  
Ut glorificeris & apud dnm & apud homines. Tunc inuocabis  
& dnm exaudi & clamabis & dic & ecce adsum. non uoce sed  
opere. non responsione sed beneficis quod iuxta litteram  
& in euangelio comprobatur. quando dicente ad dnm leproso  
suis potes me mundare. Respondit dnm dicit. uolo mundare.  
**S**ubstuleris de medio tui catena & desieris digitu extendere  
& loqui quod non prodest. Cum effuderis esurienti anima  
tua & anima afflicta repleueris. Tunc orietur in tenebris lux  
tua & tenebre tuae erunt sicut dies. Lxx. Si abstuleris ac  
colligationem & ordinationem uerbum murmurationis. et  
dederis esurienti panem tuum ex animo tuo & anima humiliata  
saturaueris tunc orietur in tenebris lumen tuum & tenebre  
erunt sicut meridies. Uerbum hebraicum. motā. quod in hie  
mia torquet ferrea interpretat. In presenti capitulo bis legitur.  
In eo enim loco ubi supra iuxta septuaginta diximus. dissol  
ue obligationes uolentiarum commutationem p uno uerbo motā.  
sciamus eos posuisse uolentias cautiones. pro quibus aquila  
errorem. Simmachus declinationem Theodotio ka uon. id est  
torquem transtuler. Rursum in presenti loco ubi nos uertimus  
substuleris de medio catene & pro catena lxx. era eo non.  
id est colligationem suae uinculum transtulerunt. Aquila sic  
supra diximus errorem interpretatus est. Simmachus in theo  
dotionis scita concidens torquem posuit hoc de interpretatio  
nis uarietate sic dictum. Alioquin sensus sic cum superioribus  
iungitur. Orietur tibi matutina lux & sanitate tua cito orientur.